

Bartolomé de Las Casas als Anwalt der Menschenrechte

Wir veröffentlichen hier einen Abschnitt aus dem wichtigen missions-theoretischen Werk des Indianerapostels Las Casas: *De unico vocationis modo omnium gentium ad veram religionem*, das als verschollen galt, in Bruchstücken (Kapitel 5—7 des 1. Buches) vor einigen Jahren entdeckt und 1942 veröffentlicht wurde¹.

Es handelt sich bei dem unten abgedruckten Text² zunächst um die missionsmethodische Frage: Wie sollen sich die Glaubensboten gegen jene Ungläubigen verhalten, welche die frohe Botschaft Christi nicht annehmen und ihre Verkünder nicht zulassen wollen? Las Casas vertritt in Anlehnung an Lehre und Beispiel Christi den Grundsatz der vollen Freiwilligkeit bezüglich der Annahme des Glaubens; Zwang oder Bestrafung der Ungläubigen bei Ablehnung des Glaubens oder bei Verweigerung des Aufenthaltes der Glaubensboten in ihrem Gebiet ist nicht gestattet.

¹ Vgl. Jos. Höffner im MR, Münster 1949, Nr. 3 S. 224/25.

² Der Text ist dem leider schon vergriffenen Werke entnommen: Fr. Bartolomé de las Casas, *Del único modo de atraer a todos los pueblos a la verdadera religión*. Advertencia preliminar y edición y anotación del texto latino por Agustín Millares Carlo. Introducción por Lewis Hanke. Versión española por Atenógenes Santamaría. México 1942. Fondo de Cultura económica. S. 414 ff. — Zum Vergleich sei auf zwei andere Missionstheoretiker des 16./17. Jahrhunderts verwiesen. José de Acosta S. J. († 1600) formuliert etwas anders die Frage bezüglich der Benutzung weltlicher Machtmittel durch die Mission. Er nennt drei Formen der Missionierung bei wilden Völkern (apud barbaros): die Glaubenspredigt ohne militärischen Schutz — die Predigt bei den durch christliche Fürsten bereits unterworfenen Völkern — die Predigt bei Ungläubigen, die Christus noch nicht kennen, unter Benutzung menschlichen Schutzes. Er lobt die erste Art, die auch tatsächlich bei manchen Völkern beobachtet worden sei, hält aber diese apostolische Form bei den Indianern wegen ihrer Wildheit nicht für möglich und klug; der Missionar könne beim Verlust seines Lebens nicht einmal das Martyrium für sich in Anspruch nehmen: „non enim pro fide, pro Christo, pro religione moriendum est, sed ut vel suaviores epulas de te praebeas, quod Brasiliensibus et toti septentrionali orae huius orbis vulgare est, vel spoliis praebeas barbaris elegans . . .“ Vgl. J. Acosta, *De promulgatione evangelii apud barbaros sive de procuranda Indorum salute*, libri sex. Coloniae Agrippinae 1596, lib. II cap. 8 pag. 213 sq. — Thomas a Jesu († 1627) tritt nachdrücklich für die apostolische Form der Missionierung ohne weltlichen Schutz ein, indem er u. a. das Beispiel der Apostel anführt: „At hisce etiam temporibus apud quascunque nationes, quantumvis barbaras, eam esse servandam propagandae fidei rationem, quam sancti Apostoli et primi Ecclesiae fundatores praemonstrarunt, merito viri docti et pii existimant. Constat enim Apostolos non inferendo regibus bella, non praesidiis militaribus stipatos, non invadendo principum civitates, non occupando per vim alienas terras, non mortem minitendo, non tormenta inferendo Ecclesiam plantasse ac per orbem terrarum longe lateque propagasse; sed obediendo, patiendi supplicia, martyria, mortes tolerando, sanguinem suum fundendo, sancta stabiliaque Ecclesiae initia dedisse . . . Persecutionibus namque crescit Ecclesia, non tollitur . . . Tum secundo, quia non est existimandum Deum esse mutatum, Deique sapientiam

Dann wird die Frage behandelt: Dürfen die Ungläubigen, die noch nichts über den christlichen Glauben und die Kirche erfahren haben und die Kirche in keiner Weise geschädigt haben, kriegsrisch unterworfen werden nur aus dem Grunde und zu dem Zweck, daß sie nach ihrer Unterwerfung unter die Herrschaft der Christen für die Annahme des Glaubens vorbereitet werden oder daß die Hindernisse des Glaubens infolge der Unterwerfung leichter beseitigt werden?

Las Casas verneint diese Frage (nachdem er natürliche Gründe und Autoritäten aus vorchristlicher Zeit angeführt hatte) auch mit dem Hinweis auf das Beispiel Christi und seiner Apostel, die Notwendigkeit des guten Rufes der Missionare, die Schädigung des Anschens der ganzen Christenheit. Er zieht dann Schlußfolgerungen: Ein solcher Krieg gegen die Ungläubigen ist ungerecht, weil sie bloß durch die Tatsache ihres Unglaubens den Christen kein Unrecht zugefügt haben (im Kap. 6 § 1 beruft er sich auf das Naturrecht: „Verum quid de deiectione infelicitum dominorum, regum, principum et magistratum a dominiis, dignitatibus, statibus, officiis, iurisdictionibus et imperiis suis, ad se pertinentibus iure naturali?“); deshalb versündigen sich alle, die irgendwie an einem solchen Unterwerfungskrieg sich beteiligen, und sind zur Wiedergutmachung des angerichteten Schadens verpflichtet. Er verurteilt auch Bestrafungen der Eingeborenen durch die Glaubensboten: die Religiösen, welche die Indianer wegen einer vor oder nach ihrer Bekehrung begangenen Sünde körperlich-materiell bestrafen oder bestrafen lassen, begehen einen schuldhaften Irrtum; denn als Sünder vor ihrer Bekehrung unterstehen sie nicht der kirchlichen Autorität, körperliche Bestrafung nach ihrer Bekehrung entspricht nicht pastoralen Grundsätzen und führt zur Abwendung vom Glauben; Abschreckung vor dem Bösen soll nur mit geistlichen Mitteln, nötigenfalls mit Androhung der ewigen Strafen, geschehen.

I.

Lib. I cap. 5 § 17 (pag. 176). Postquam Dominus docuit apostolos et discipulos modum et formam qualiter se habere debebant erga civitatem vel castellum et domum, qui eos benevole, ultro et gratiose recipiebant, dedit eis regulam quo pacto se haberent circa eos non recipientes. Quicumque, inquit, non receperint vos etc. Ubi apparet quod solum Christus apostolis concedit licentiam et potestatem evangelium volentibus illud audire praedicare, nolentibus autem vim aut aliquod molestum et ingratum non inferre. Non enim concedit apostolis vel fidei contionatoribus, ut compellerent audire nolentes aut eos etiam qui a civitatibus suis illos expellerent, auctoritatem

aliam nunc formam in hominum conversione sequi quam antea sequi solita fuerit... At si quis Dei morem providentiamque, quam semper gessit ab ipsius Ecclesiae initio, consideret, facile comperturus est hoc semper fuisse eius consilium, ut ad hoc tantum opus eos maxime coadiutores eligeret, qui maxime praesidiis omnibus humanis essent destituti... ne rei adeo perfectae laus, Christi cruce, ut idem (Paulus 1 Cor 2,4—5) ait, evacuata, in homines aut hominum vires praesidiaque transferretur, et quod omnino divinum est, humano auxilio aut potentiae tribuatur... Praedicatio igitur Evangelii, militari custodia munita, a Christi schola discrepare videtur.“ Vgl. Thomas a Jesu, De procuranda salute omnium gentium, libri I—IV. Novissima editio cura P. Thomae a Jesu (Pammolli), Rom 1940, lib. IV pars I cp. I pag. 190/91.

puniendi, cum nullam poenam statuerit temporalem infligendam, sed aeternam. Quicumque, inquit, non receperint vos nec audierint sermones vestros, exeuntes foras (non dixit: resistite illis et velint nolint praedicate aut si pertinaciter in repellendo vos perseveraverint poenis humanis punire non differte), sed Excute pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorrhaeorum in die iudicii, quam civitati illi. Ac si apertius diceret: ultionem eiusmodi repulsae mihi dumtaxat reservavi, non vobis eam commisi. Unde quemadmodum Christus nullam poenam statuit temporalem, qua plectendi essent in hoc mundo, saltem per homines, qui fidem suam non reciperent, id est, qui non crederent, sed aeternam post hanc vitam, secundum illud Marci ultimo [16, 16]: Qui vero non crediderit, condemnabitur. Et Matth. 11, [21] et Luc. 10, [13] . . . (pag. 178) Ita pari ratione nulla temporalis poena infligenda ab omnibus per Christum stabilita fuit, nisi aeterna luenda in alio saeculo ab his, qui fidei praedicationem audire renuunt aut eiusdem fidei promulgatores admittere vel recipere nolunt et per consequens utrorumque sibi reservavit punitionem. . .

Quid, precor, clarius dici aut etiam excogitari quibit, ut constet nullam potestatem a Christo alicui hominum fuisse commissam, vim aut molestiam quibuscumque infidelibus inferendi, vel quod nolint praedicationem fidei audire aut praedicatores in terris suis non admittere? Pertinet namque talis repulsae vindicta non ad humanum, sed ad divinum iudicium post hanc vitam. Et ut nulla dubitatio deinceps huius rei maneat cuique, notetur quid Christo ipsi ad confirmandam veritatem hanc contigit. Qui cum iret in civitatem Jerusalem et oporteret declinare ad civitatem Samariae, misit nuntios, scilicet, Jacobum et Ioannem, ut pararent sibi hospitium et necessaria in eadem. Samaritani autem nolentes eum recipere, indignati apostoli contra illorum inhumanitatem et repulsam dixerunt: Domine, vis dicimus ut descendat ignis de coelo et consumat illos? Et conversus Dominus increpavit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare [Lc 9,55—56]. Spiritus enim Christi est spiritus mansuetudinis . . . (pag. 182) Patet igitur exemplo et opere ipsius Redemptoris . . . , nihil mali aut compulsionis aut punitionis infidelibus, qui numquam fidem receperunt, si fidem nolunt audire vel praedicatores fidei non admittere, quoquo modo inferendum. Ex quo nimirum statim fit evidens consequens: quod facientes contrarium usurpatores efficiantur divini iudicii atque proinde fiunt utpote transgressores divini praecepti.

II.

Lib. I cap. 6 § 3 (pag. 414). Ostensum est in his duobus paragraphis modum hunc, scilicet, per bellum subiciendi gentes infideles prius, ut postmodum fidem doceantur et ad religionem veram trahentur, rationibus naturalibus et exemplis sapientium philosophorum et sanctorum Patrum antiquorum per omnem mundi aetatem usque ad Christum esse modo naturali, rationabili, suavi, convenienti conditioni humanae seu rationali naturae contrarium. De cetero probandum et ostendendum est qualiter ordinationi et intentioni Christi modus huiusmodi directe potissimum contrariatur. Quod sic primo patet satis clare: Christus ordinavit et statuit per formam quam dedit praedicandi promulgatores legis suae in primis, antequam quicquam vel dicerent aut facerent, habitatores infideles cuiuscumque castris, villae aut civitatis, quam intrarent honore praevenire salu-

tantes, offerendo eis pacem. Et ut melius id statim se videntibus, scilicet, homines esse pacificos ostenderent, prohibuit ne virgam portarent. Sed modus iste, quem impugnamus, dicit quod prius oportet gentes infideles debellare, omnia mala et mortem imprecari, per quod non modo verbis praeveniundo inhonorantur et maledicuntur, verum etiam mortiferis operibus affliguntur, molestantur, laeduntur, necantur. Ergo modus Christi ordinationi et formae, quam dedit Evangelium praedicandi, est contrarius . . . (pag. 416) Quarto: Christus etiam prohibuit evangelii sui promulgatoribus ne possiderent aurum vel argentum nec pecuniam [et] multo fortius ne ab his, quibus praedicaturi erant, non solum ut non violenter raperent aut ab invitis tollerent, verum etiam nec ab volentibus libenter dare acciperent. Quin potius omnia bona, quae divinitus ad distribuendum gentibus gratis acceperant, gratis darent. Sed iste novus et singularis modus praedicandi fidem docet violenter et crudeliter rapere ab (pag. 418) invitis, non solum aurum et argentum et pecunias, in quibus illi principaliter et finaliter confidunt, et omnia vilissimi etiam valoris supellectilia, verum et spoliare reges et naturales dominos propriis dignitatibus regalibus et aliis titulis et honoribus cum suis iuribus et iurisdictionibus et deicere in miserrimum et infelicissimum ac infimum statum omnium miserorum, in quo miserrimam et dolorosissimam ducunt vitam ipsa morte longe amariorem, cum, ut ait Boetius libro De Consolatione, „infelicissimum genus infortunii sit fuisse felicem“ [Migne PL LXIII, 677]. Ergo modus iste contrarius est priori suavi et naturali, quem divina Sapientia instituit et renovavit Iesus Christus.

Quinto: Christus etiam voluit suos praedicatores boni nominis et famae propriae habere rationem et quod ab omnibus bonum haberent testimonium, ita quod sancti viri et graves, modesti et temperati apud infideles reputarentur et sine nota alicuius defectus vel deordinationis, quatenus ab eis diligerentur et in reverentia maiori eorum doctrina esset . . . Sed per modum istum, scilicet per bellum, eius satellites apud eos, quos belligerant, maxime si ex parte sua culpam vel causam non noverunt, fiunt infames merito ex operibus, aestimantur iniusti, tyranni, latrones, crudeles, immodesti, intemperati, ut vere sunt ipsi, omnibusque vitiis et sceleribus saevientes, quas ob infames res, omnium videntium et audientium animos in odium immortale adverse concitare necesse est. Nec adversus se modo, sed etiam contra totam christianitatem, putantes omnium christianorum mores eiusmodi esse. Inde secuturum fore contemptum et vilipensionem doctrinae christianae ac totius religionis, est qui dubitet nemo.

(pag. 420) Octavo: Apostoli, qui constituti fuerunt luminaria et exemplaria, piscatores, vinitores, turres, columnae, medici, duces, doctores, portus, gubernatores, pastores, athletae et pugnatore orbis terrarum, sequentes perfectissime vestigia primordialis exemplaris, qui Christus est, omnis perfectionis omniumque gratiarum, eundem modum et formam quam Christus opere et sermone servari mandavit observaverunt in conversione universi orbis et aedificatione ubique ecclesiarum nec moverunt arma et neque satellites adunarunt neque robore corporis neque exercituum multitudine mundum subiugarunt, sed verbo simplici et pietatis sermone multam virtutem habente miraculorum ostensione crucifixum praedicantes, barbarorum effera corda in Christi obsequium fecerunt placida . . . Ergo iste modus novus et singularis est et contrarius operibus et exemplis et piscationi hominum, doctrinae et gubernationi et modo praedicandi omnium apostolorum.

(pag. 502) Caput septimum. § 1. — Conclusio prima. Bellum indictum infidelibus tertiae speciei, de qua specie supra cap. 3 § 5. scilicet, qui nihil umquam de

fide aut ecclesia intellexerunt nec quovis modo ipsam ecclesiam offenderunt, ob hoc solum, ut imperio christianorum per bellum subiectis ad suscipiendum fidem seu christianam religionem ipsorum animi praeparentur vel fidei tollantur impedimenta, est temerarium, iniustum, iniquum et tyrannicum . . .

(pag. 514) § 2. Quod autem sit eiusmodi bellum iniustum patet primo, quia nullum bellum iustum est, nisi subsit causa indicendi, scilicet, quod gens, contra quam movendum fuerit, propter iniuriam, quam fecit alteri genti, mereatur. Sed gens infidelis in sua patria separata a christianorum terminis degens, quae impeti bello a christianis disponitur, hoc dumtaxat titulo, ut imperio Christianorum prius subiecta ad suscipiendam fidem et religionem christianam disponatur et impedimenta fidei tollantur, nullam fecit iniuriam genti christiana, per quam impeti bello mereatur. Ergo nulla subest indicendi eis bellum causa. Ergo eiusmodi bellum iniustum est . . .

(pag. 520) Corollarium primum. — Omnes qui praememoratum bellum gerunt et quocumque participationis modo, scilicet, iussu, consilio, auxilio vel favore sunt causa ut illud eiusmodi infidelibus indicetur, peccatum mortale et quidem gravissimum committunt.

(pag. 540) § 4. Corollarium secundum. Omnes supradicti, qui causam dederunt aut dabunt praememorati belli, aliquo praedictorum participationis modo tenentur de necessitate salutis restituere ipsis damnificatis infidelibus quicquid per tale bellum habuerunt mobile vel immovile et satisfacere pro omnibus damnis in solidum, id est in totum.

(pag. 565) § 6. Corollarium ad nostrum principale propositum. — Errant religiosi culpabiliter valde, qui praedicationi et instructioni vacant Indorum nostri occidui orbis, dum corporalibus terroribus, flagellis et vinculis ac poenis, manu propria vel aliena de eorum mandato corrigere, immo punire ipsos Indos propter quodcumque peccatum ab eis commissum ante vel post conversionem eorum conantur, etiamsi episcoporum habeant potestatem et auctoritatem. Probatur corollarium. De peccatis post conversionem, quantumcumque sint gravia, hic loquimur principaliter, quoniam de his, quae antequam convertantur et sacramentum baptismi recipiant commiserunt vel committunt, non est immorandum, cum nullum iudicem temporalem vel ecclesiasticum extra suos habeant . . .

Unde corollarium praesens multipliciter sic probatur, summatim primo: Quia sicut supra, cap. 5 § 5, declaratum fuit cuilibet volenti alios docere aut persuadere aliquam doctrinam, praesertim evangelicam, necesse est in primis conciliare animos audientium, ita quod audientes benevoli effecti eum diligant. Quod quidem efficitur per vocis lenitatem vel vultus hilaritatem, per mansuetudinis ostensionem et huiusmodi. Sed si praedicator verbi Dei clientulos suos terroribus corporalibus, flagellis, scilicet, vinculis et poenis propria manu aut de eius mandato propter peccata, quae post conversionem commiserunt affligit, punit et angustiat, manifestum est eum ab eis odio esse habendum et, per consequens, nec vellent eum audire nec intelligere quae ab illo dicentur nec etiam iam dictis et receptis de fide credere libebit . . .

(pag. 576) Nihilominus poterunt terrere protervos, si viderint expedire, iudicio terribili futuro, et poenis, quae passuri sunt aeternaliter. Quod si adhuc senserint, se non proficere, labores suos non perdent nec eis sed illis sua damnatio imputabitur. Eorum autem merces reposita est in loco tuto, super quo non parum debent consolari.

Et cum his finem libro primo „De unico vocationis modo omnium gentium ad veram religionem“ damus, gratias immortalī Deo Trino et Uni agentes im-

mortales, qui vitam et vitae incolumitatem misericorditer praestitit et gratiam et quae ad id perficiendum opportuna erant, gratiose ministravit. Amen. Laus Deo, pax vivis, requiesque defunctis. Cum placuerint Domino viae hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem (Prov. 16, 7).

Münster i. W.

Max Bierbaum.

BESPRECHUNGEN

Oepke, Albrecht, *Das neue Gottesvolk in Schrifttum, Schauspiel, bildender Kunst und Weltgestaltung*. Bertelsmann, Gütersloh, 1950, 524 Seiten, Ganzleinen DM 28,—.

Ein inhaltlich außerordentlich reiches und hervorragend ausgestattetes Buch! Nach subtilen Untersuchungen zum Hebräer- und Barnabasbrief und zu 5 Esr. wird der Gedanke vom neuen Gottesvolk in diesen Schriften herausgearbeitet. Von diesem Ansatzpunkt aus erfolgt rückblickend eine Darstellung der Gottesvolk- und Bundesvorstellung im AT samt deren Geschichte im Judentum. Dabei werden AT und Apokryphen eingehend durchforscht. Auf gut 100 Seiten bietet der Verfasser speziell neutestamentliche Theologie des Gottesvolkgedankens, den er weiterverfolgt in seiner Ausprägung in der außerbiblischen urchristlichen Literatur. Religionsgeschichtliche Möglichkeiten sind hier wohl berücksichtigt, aber auch die Eigenart des Offenbarungsgutes wird anerkannt. Wir erfahren ferner von den Auseinandersetzungen mit dem Judentum bis zum Mittelalter, wonach die Vorstellung dieser Zeit vom Gottesvolk an der bildenden Kunst und am Schauspiel, vor allem aber in der Gegenüberstellung mit dem Reichsgedanken untersucht wird. Ob der Verfasser, der reiches Material einschließlich der Krönungsordines herangezogen hat, in allem der Vorstellungswelt des Mittelalters gerecht wird, mögen die Kirchengeschichtler feststellen. Hier und da dürfte er wohl aus der Theologie Luthers urteilen, dem das letzte Kapitel im Hauptteil des Buches gilt. Der Gottesvolkgedanke bei ihm wird unter der Frage gesucht, ob Luther sein Reformator oder Deformator gewesen sei. Oepke erklärt ihn zum Reformator, wobei einem das Bedenken kommen kann, ob damit nicht doch nur eine Feststellung über eine wesentlich variierte Abart des Gottesvolkgedankens getroffen ist, wenigstens im Vergleich zu der umfassenden und in ihrem Grundgehalt nicht als unchristlich erweisbaren Idee in der Zeit vorher. Leider bricht der Verfasser mit Luther den Gang durch die Kirchengeschichte ab, wo doch die positiven und negativen Auswirkungen der Reformation und die weitere Kirchengeschichte sicher auch Kriterien für die Bedeutung des Gottesvolkgedankens ergeben hätten. Dieser Wunsch bleibt aber insofern nicht unerfüllt, als hätte der Verfasser nicht ganz konkret dessen Bedeutung für Fragen unserer Zeit untersucht. Darüber bringt er abschließend bemerkenswerte Thesen, die zeigen, wie aktuell auch eine solche dogmengeschichtliche Untersuchung sein kann. Wenn gehandelt wird über die sich aus dem Gottesvolkgedanken ergebende Missionsidee, über die Frage der Erkennbarkeit des unsichtbaren Gottesreiches, über Kirche und Staat, so wird deutlich, daß Oepke jedenfalls ein wichtiges Buch geschrieben hat, das zum Teil zwar die Auseinandersetzung herausfordert, aber auch lohnt.

Münster i. W.

Dr. H. Eising